

*Edition: Posern-Klett, UB Stadt Leipzig II, S. 14, Nr. 18 aus A.*

*Regest: Dobenecker III, S. 354 f., Nr. 2245 — Meves, Regesten, S. 534, Nr. 206.*

*Die Urkunde, deren Arenga Übereinstimmungen mit den Arengen von Nr. 99, 105 und 127 aufweist, ist nach Posse, Privaturkunden, S. 33 und 50, von einem Schreiber des Augustiner-Chorherrenstift St. Thomas in Leipzig mündlich worden. Sie enthält einen Hinweis auf zwei mögliche Deperdita, sofern die Auflassung der Güter in Meusdorf durch die Söhne Alberos des Kürschners und deren frühere Belehnung durch Markgraf Heinrich von Meißen ebenfalls beurkundet wurden; vgl. dazu die in der Vorbemerkung zu Nr. 3 genannten Beispiele für die Beurkundung solcher Rechtshandlungen.*

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Heinricus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio, Thur(ingie) lantgravius, Saxo(nie) comes palatinus omnibus imperpetuum. Quoniam labilis est humana memoria, necesse est in scriptis redigi, quod nullatenus vel ex difficili propter rerum mutabilitatem posset memoriter conservari. Notum igitur facimus universis | tam presentibus quam futuris, quod nos pia consideratione moti et precibus Conradi prepositi in Lipzic similiter inclinati tres mansos in Mitisdorf sites, quos filii Alberonis pellificis a nobis in feodo quandoque tenuerunt et postea ad manus nostras libere resignarunt, ecclesie sancti Thome in Lipzic ad petitionem eorundem filiorum | in proprietatem contulimus pleno iure volentes, ut eadem ecclesia eosdem quiete ac libere possideat in futurum nolentes ipsam a nobis vel a filiis nostris vel ab aliquibus | in posterum aliquo modo aggravari. Ut itaque presens factum stabilitatem recipiat in futurum, presentem paginam super eo conscribi disposuimus et sigilli nostri munimine roborari. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LIIII<sup>o</sup>, XII<sup>o</sup> kal. iulii, duodecime indictionis. Testes huius rei sunt: dominus Rihardus de | Damis, Albertus dapifer de Burne, Heinricus camerarius de Gnannenstein, Rudolfus de Luppe, Theodericus sculthetus et Albertus frater suus, Conradus Celsar, Thomas Iageboc, Conradus Papa, magister Cristoforus curie nostre notarius et alii quamplures fidedigni.

(SP.)

## 101.

*Erzbischof Gerhard (I.) von Mainz belehnt den Markgrafen Heinrich von Meißen mit dem Marschallamt, den Grafschaften Siebleben und Schönstedt, mit der kleineren Grafschaft Mittelhausen, der Burg Spatenberg und anderem.*

*1254 Juli 26 (?), bei Udestedt*

*Deperditum, erwähnt in: Ioannis, Rerum Moguntiacarum vol. I, S. 610, Nr. 4: „Durante interim Sophiae Brabantinae cum Henrico illustri marchione Misnensi bello Gerhardus huic iure feudali contulit officium mareschalli (archiepiscopatus scilicet Moguntinensis hereditarii), comitias Sybenleiben, Schönrestede, minorem comitiam Mittelhusen, castrum Spedenberg etc. Tabularum hac de re tum scriptarum formula hanc habet clausulam: Acta apud Vdenstett anno MCCLIV, VII kal. aug., pontificatus nostri anno III.“ — Regest: Horn, Hand-Bibliothec III, S. 282; Hartmann, Historia Hassiaca I, S. 109;*